Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



379

Et put multis ut faciat
nobis homines: et nos fa
cere illis similiter. Et
si diligitis eos qui uos
diligunt: que vobis
est gratia? Nam peccatores
diligentes se diligunt
Et si bene feceris his q
bene uobis faciunt: q
uobis est gratia? Siquidem
et peccatores hoc faciunt.
Et si mutuum dederitis his
a quibus speratis recipere:
que gratia est uobis? Nam
et peccatores peccatoribus
fenerantur: ut recipiant
equalia. Verumtamen di
ligite inimicos vestros
et benefacite. et mutuum
date: nichil inde spe
rantes: et erit merces
vestra multa. Dominica xxi. ad
Ephesios.
Confortamini
in domino et in potencia
virtutis eius. Induite
uos armaturam dei ut
possitis stare adversus
insidias diyaboli: quia
non est uobis colluctatio
adversus carnem et
sanguinem sed adversus prin
cipes et potestates adversus
mundi rectores tenebra
rum harum contra spiri
talia nequitiae in celes
tibus. Propterea accipite
armaturam dei ut possi
tis resistere in die malo
et in omnibus perfecti stare.
State ergo succincti lum
bos vestros in veritate indu
ti loricam iustitiae et cal
ciati pedes in preparatione
evangelii pacis: in om
nibus sumentes scutum
fidei in quo possitis omnia
tela nequissimi ignea
extinguere. Et galeam
salutis assumite: et
gladium spiritus quod est v
verbum dei. Sancti Johannem
in illo tempore. Erat quidam
regulus cuius filius